



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,
Bibliothecis, et aliunde**

Sweerts, Pierre François

Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

Anglica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

quodque citò moriendo ego Ida ita innumeris sum
prærepta malis: Nunc autem trimula hic Apenro-
da sub monumento à patre Caio Mauritij filio, &
matre Elisabetha Henrici trium Daniæ Regum Vi-
carij filia, vtrisque Ranzouijs erecto, resurrectio-
nem carnis exspectans recubo, mortua XXIV. Fe-
bruarij, sepulta XXII. Martij, Anno Domini M.
D. XCI.

ANGLICA.

IN LONDINVM IVL. CAES.
SCALIGER.

VRbs animis, numeroq, potens, & robore gen-
Vel cunctos præ se despicit vna deos. (tis,
Torua peregrinis, sed non & inhospita, merces
Vicinis patrias aggerit, atque petit.
Contemnis, cui das, tanquam ipso munere maior,
Odisli vnde petis, ne videare minor.
Dicat, quid bello valeas, Aquitania. quid non:
Et Nortman, & cum Saxone Roma vetus.

IN ECCLESIA B. PETRI VVEST-
MONASTERII.

Labilitas, breuitas mundana prosperitatis,
Calica premia, gloria, gaudia danda beatis,
SEBERTVM certum iure dedere satis.
Hic Rex Christicola verax fuit hac regione,
Qui nunc calicola gaudet mercede corona.
Rex humilis, docilis, sciens, & pius, inclutus iste

Sollis

Sollicitè, nitidè, tacitè, placidè (bone Christe)

Vult seruire tibi, perficiendo sibi.

*Ornat mores, spernit flores, lucis auarè
Gliscens multum Christi cultum latificare,
Ecclesiam nimiam nimio studio fabricauit
Hac illasa manus, quæ fundamenta locauit;
Hinc septingenti annis terra cumulatæ
Christi clementis instinctibus inde leuatus.*

Isto sub lapide nunc iacet ipse, vide.

*Atq; domum Christo quia mundo fecit in isto,
Nunc pro mercede cali requiescit in ade.*

Respice mortalis, promissio fit tibi talis.

Accipies, si des; nil capies, nisi des.

Es Christo qualis, & erit Christus tibi talis.

Dapsilis esto sibi, largus eritq; tibi.

Effectus, non affectus, si reddere possis,

Debet censerì, nil est, si reddere possis,

Tunc bonus affectus pro facto debet haberì;

Sicut de lignis per aquam depellitur ignis,

Sic mala commissa fiunt donando remissa.

Reddet ad vsuram, quod quis dat nomine Christi,

Nam vitam puram pro paruo dat Deus isti.

*Obijt anno Domini D. C. XVI. vltima Iulij. Versus
quales ætas illa parturiebat.*

ALIVD S. EDVARDI.

Omni bus insignis virtutum laudibus heros

Sanctus EDVARDVS, confessor, rex venerandus.

Quinto die Iani moriens super athera scandit.

SVRSVM CORDA.

Moritur anno Domini 1065.

Pp

IBI.

IBIDEM.

*Tertius HENRICVS iacet hic pietatis amicus,
Ecclesiam stravit istam, quam post renouavit,
Reddet ei munus, qui regnat trinus, & vnus.*

DVLCE BELLVM INEXPERTIS,
Viure desijt anno Christi M. CC. LXXIII.

IBIDEM.

*EDWARDVS primus Scotorum malleus hic est,
Dum vixit Rex, & valuit sua magna potestas,
Fraus latuit, pax magna fuit, regnauit honestas.*

PACTVM SERVA.
Obijt anno Christiano M. CCC. V III.

IBIDEM.

*Hic decus Anglorum, flos regum praeceptorum,
Forma futurorum, rex clemens, pax populorum,
Tertius EDWARDVS regni complens Iubilaeum,
Inuictus Pardus, pollens bellis Machabeus,
Prosper dum vixit, regnum pietate reuixit,
Armipotens rexit, iam Caelo Caelice Rex sit.*

*Tertius EDWARDVS fama super aethera notus,
PVGNA PRO PATRIA.
Moritur anno Domini M. CCC. LXXVII.*

IBIDEM.

*Septimus hic situs est HENRICVS gloria regum,
Cunctorum, illius qui tempestate fuerunt,
Ingenio, atq; opibus, gestarum nomine rerum,
Accessere quibus natura dona benigna,*

Frontis

*Frontis honos, facies augusta, heroica forma,
Iunctaq; ei suavis coniux, perpulcra, pudica,
Et foecunda fuit, felices prole parentes,
Henricum quibus octauum terra Anglia debes.*

MEMORIAE SACRVM.

MARGARETAE DOWGLASIAE, Matthæi
Stuarti Leuenosæ Comitissæ uxori, Henrici VII.
Angliæ Regis ex filia nepti, potentissimis regibus
cognitione coniunctissimæ, Iacobi VI. Scotorum
Regis auix, Matronæ sanctissimæ, moribus & inuis-
cta animi patientia incomparabili P.

*Margareta potens virtute, potentior ortu,
Regibus ac proavis nobilitata suis.
Inde Calcedonijs, Australibus, inde Britannis
Edita Principibus, Principibusq; parens.
Quæ mortis fuerant, soluit latissima morti,
Atq; Deum petijt, nam fuit antè Dei.*

GVILIELMI PVNTERI
MVSICI.

*Æthereos inter ciues, animasq; beatas
PVNTERVS summum iam canit ante Deum.
Gratus erat terris viuendo, legendo, canendo;
Celo nunc viuit, nunc legit atq; canit.
Sic tribus ille locis superest: sunt namq; reposta,
Claustris ossa, choro laus, animusq; polo.*

CATHARINAE REGINAE HENRI-
CI IIX. VXORIS.

*Illæ ego, quæ Regi poteram placuisse marito,
Et forma, & castis moribus, & genere:*

Pp

Post-

*Postquam me thalamis exclusit adulter a pactis,
Emorior, solo funere grata viro.*

EPITAPHIVM THOMAE MORI,
QVOD PAVLÒ POST ABDICATVM
*munus Cancellarij ipse sibi composuit,
& sepulcro suo affixit.*

THOMAS MORVS, vrbe Londinensi, familia non celebri, sed honesta natus, in literis vtrumq; versatus, quum & causas aliquot iuuenis egisset in foro, & in vrbe sua pro Shyreno ius dixisset, ab inuictiss. Rege Henrico VIII. (cui vni Regum omnium gloria prius inaudita contigit, vt fidei defensor, qualem & gladio se & calamo verè præstitit, meritò vocaretur) adscitus in aulam est, delectusq; in Concilium, & creatus Eques, Proquestor primùm, post Cancellarius Lancastriæ, tandem Angliæ miro Principis fauore factus est. Sed interim in publico Regni Senatu lectus est orator populi, præterea Legatus Regis nonnunquam fuit, alias alibi; postremò verò Cameraci, Comes & collega iunctus Principi legationis Cuthberto Tonstallo, tum Londinensi, mox Dunelmensi Episcopo; quo viro vix habet orbis hodie quicquam eruditius, prudentius, melius. Ibi inter summos Christiani orbis Monarchas rursus resecta foedera, redditamq; mundo diu desideratam pacem, & lætissimus vidit, & Legatus interfuit.

Quam superi pacem firment, faxintq; perennem.
In hoc officiorum vel honorum cursu quum ita versaretur, vt neq; princeps optimus operam eius improbaret, neque nobilibus esset inuisus, neque iniucundus populo; furibus autem, homicidis, hæreticis.

reticisq̄ue molestus: Pater eius tandem Ioannes Morus Eques, & in eum Iudicum ordinem à principe cooptratus, qui Regius confessus vocatur, homo ciuilis, innocens, mitis, misericors, æquus & integer, annis quidem grauis, sed corpore plusquã pro ætate viuido, postquam eò productam sibi vidit vitam, vt filium videret Angliæ Cancellarium, satis in terra iam se moratum ratus, lubens migravit in cælum. At filius defuncto patre, cui, quamdiu supererat, comparatus, & iuuenis vocari consueuerat, & ipse quoque sibi videbatur, amissum iam patrem requirens, & editos ex se liberos IV. ac nepotes XI. respiciens, apud animum suum cepit persenescere. Auxit hunc affectum animi, subsequuta statim velut adpetētis senij signum, pectoris valetudo deterior. Itaque mortalium harum rerum satur, quã rem à puero semper optauerat, vt vltimos aliquot vitæ suæ annos obtineret liberos, quibus huius vitæ negotijs paulatim se subducens, futuram posset immortalitatem meditari, eam rem tandem (si cœptis annuat Deus) indulgentissimi principis incomparabili beneficio resignatis honoribus impetrauit, atque hoc sepulcrum, sibi, quod mortis eum nunquam cessantis adrepere quotidie commonefaceret, translatis huc prioris vxoris ossibus, extruendum curauit. Quod ne superstes frustra sibi fecerit, néue ingruentem trepidus horreat, sed desiderio Christi lubens oppetat, mortemque vt sibi non omninò mortem, sed ianuam vitæ felicioris inueniat, precibus eum, Lector optimè, spirantem, precor, defunctumque prosequere.

THOMAS MORVS IAM SECVRI FER-
RIENDVS AD FILIAS ET
populum.

Ne lugete meo confusa funere, nata:

Ipsē ego mutari non me a fata velim.

Truncum terra teget, si Rex non abnuet vnam;

Et mea iam terris nomina nota volant.

Libera mens superos repetet, neq; seruiet vnquam:

In partem hanc quod agat, nulla securis habet.

Tu quoq; spectator, tranquillum si cupis eunum

Exigere, & letho fortior esse tuo.

Qui tibi membra cadant, nullo in discrimine pone,

Quum sint natura lege caduca sua.

NICOLAO GRVDIO Auctore.

THOMAE MORI ANGL.

CANCBLL.

Quis iacet hic truncus? cuius caput ense recisum est?

Qua natat in tetra sanguine Camicie?

Hic est ille THOMAS MORVS, sic fata rependunt

Tristia multa bonis, & bona multa malis.

Qua circumstant Diua lugubre cadauer?

Diua tenax veri, sancta, fides, Nemesis.

Quarum prima fui causa, & fuit altera mortis,

Vltix iniusta tertia cadis erit.

Anno Domini M. D. XXXV. VI. Non. Iulij.

PIIS MANIBVS D. IOANNIS EL-

SHERII, PONTIFICIS

Roffensis.

Interpres cali in terris, dum vita manebat,

Roffensis populi praeses, amorq; tui.

Impr̄

Improbate postquam damnant, in cassis necavit,

Ac tua Rex posuit Collare, in cassis:

Ille malis male securis fruitur bycenis:

Tu summo adstis victima nota Deo.

Teque nouum indegetem cingit plaudente corona

Gens superum, & tanta gaudet amicitia.

Fortunate senex, odiumq; irasq; profanas,

Qui mutas celo? fluxaq; perpetuis.

Quam densa attonitas obcæcant nubila mente!

Quantū heu nostra nigra tempora noctis habent!

Illatamen veniet lux, prolabantibus annis,

(Sic erit, o, tota sentio mente Deum.)

Angla tuam cum gens melior venerabitur vmbra,

Collecta auratis ossa tegens loculis.

Interea hæc capite, o Manes solatia sancti,

Indigna & lacrymans funera sæpè fleam.

Capite mulctatus obiit Londini, anno salutis humanæ M. D. XXXV.

I N D. PAVLI.

THOMAS LINACRVS, Regis Henrici VIII, Medicus, vir & Græcè & Latinè, atque in re medica longè eruditissimus, multos ætate sua languentes, & qui iam animam desponderant, vitæ restituit: multa Galeni opera in latinam linguam, mira & singulari facundia, vertit. Egregium opus de emendata structura latini sermonis, amicorum rogatu, paulò ante mortem edidit. Medicinæ studiosis Oxoniæ publicas lectiones duas, Cantabrigiæ vnam, in perpetuum stabilivit. In hac vrbe collegium medicorum fieri sua industria curauit, cuius & Præsides primus electus est.

Pp 4 Fran-

Fraudes dolosque mirè perosus, fidus amicis, omnibus Ordinibus sicutà carus: aliquot annis, antequam obiret, Sacerdos factus, plenus annis ex hac vita migravit, multum desideratus, anno 1524. 20. Octob. cuius animæ sit Deus propitijs,

Aliquantò altius tumba cum Phoenice, & inscriptione: VIVIT POST FVNERA VIRTVS.

Thomæ Linacro, clarissimo medico Ioan. Caius posuit M. D. LVII. m. Aug.

IBIDEM.

IOANNIS COLETI S. THEOL. DOCT.
DECANI HVIVS ECCLESIAE, ET
scholæ Paulinæ fundatoris,

*Indyta IOANNES Londina gloria gentis,
Is, tibi qui quondam, Paule, Decanus erat.*

*Qui toties magno resonabat pectore Christum,
Doctor & interpres fidus Euangelij:*

*Qui mores hominum multum sermone disertè
Formarat, vitæ sed probitate magis.*

*Quiq; scholam struxit celebrem cognomine IESV,
Hac dormit tectus membra COLETVS humo.
Floruit sub Henrico VII. & VIII. Regibus.*

IBIDEM.

DEO TRINO ET VNI OPT.
MAX. SACR. AC

*Æternæ memoriæ nobilissimi honoratissimi
omniq; virtutum & eruditionis genere præstan-
tissimi viri Domini ADOLPHI à MEETKERK
Brugensis equestris ordinis, summi Flandriæ Con-
cilij præsidis dignissimi & iustissimi, in creandis
per*

per Flandriam vrbiū ciuitatumq; magistratibus legati perpetui. Qui difficillimis Belgarum temporibus illustrem locum consiliarij status, in supremo trium ordinum Belgicarum Prouinciarum senatu, multis principibus iunctus collega, plus quā decennium sustinuit, Legationes quoq; eorundem ordinum nomine apud varios Germaniæ superioris & inferioris Principes, Regem Galliæ, eiusque fratrem Principem Alenconium, tum etiam apud serenissimam hanc Angliæ &c. Reginam principi Hauræo factus collega, summis de rebus, maxima fide, summaque cum laude, obiit. Eximiæ cognitionis, cum Iurisprudentiæ, tum historiæ fama celeberrimus. Nec minus à bonarum artium, humanarumque disciplinarum & linguarum, præsertim Latinæ & Græcæ (quarum posterioris fuit restitutor) eruditione commendatissimus. Quodque primum omnium est, pietatis in Deū & homines, & Iustitiæ cultor studiosissimus, cuius causa omnibus supradictis honoribus relictis, exilium, etiam si ipsi in sua senectute durum, libens suscepit. Is natus annos LXIII. mens. VI. Prid. Non. Octobris, Anno post natū Messiam Saluatorem nostrum CIO. IO. XCI. ex hac peritura ad perennem vitam emigravit, cum ex duabus nobilissimis selectissimisque vxoribus, tam virtute quā genere clarissimis, Dn. Iacoba Ceruina, & Dn. Margareta à Lichteruelde, plurimos suscepisset vtriusque sexus liberos. Ex quibus moriens sex, ex qualibet vxore videlicet tres, reliquit superstites.

Ex priore, Balduinum, qui cæso nuper in expugnatione Dauentriæ fratre suo primogenito Dn. Nicolao militum Duce fortissimo, militibus dicti fratris sui à serenissima Angliæ Regina est præse-

Pp s ctus.

Eius. Adolphum patri cognominem, à fratre in ordine militari secundum; & filiam Annam, uxorem clarissimi viri Domini Pauli Knibbij Jurisc. & Sereniff. Daniæ Regis Conſiliarij.

Ex posteriore filium anniculum Eduardum, & duas filias Elizabetham & Salomen, tres liberaliffimæ indolis & formæ infantes.

Cui placidè in Christo humanæ gentis ſospitatore obdormienti, hoc meritis ipſius debitum mortale monumētum, immortalis amoris & reuerentiæ, Petrus ab Heila, dictus Verheila Brugenſ. Jurisc. popularis, eius, & amicus eius mœſtif. poſ.

In ſymbolum nobiliſſimi, honoratiſſimi, omnique virtutum & ſcientiarum genere cumulatiſſimi viri Dn. ADOLPHI à MEETKERKE Brugenſis, equeſtris ordinis, ſummi Flandriæ præſidis digniſſimi & æquiſſimi.

Sunt autem duæ dextræ inter ſe iunctæ, quarum una armata eſt, altera inermis, quibus tertia è nube ſuperueniens duas priores complectitur, additis his verbis ad nomen Adolphi alludentibus:

ΦΙΛΟΙΣ ΕΧΘΡΟΙΣΤ' ΑΔΕΛΦΟΣ

ET AMICO FRATER ET HOSTI.

Quid manus armata eſt? hoſtis. Quidnam altera? amicus.

(que capit.

Tertia? MEETKERKVS, qui manum vtram-
Quid Græcæ voces? ET AMICO FRATER ET
 HOSTI.


Vocum harum interpres vita Meekerke tua eſt.

Petrus ab Heila, dictus Verheila, Brugenſis,
 Iuriſconſultus.

IN

IN CHORO TEMPLI D.
DIONYSII.*Anima super athera viuunt.*IACOBO COLIO G. F. BELGAE
Regis HENRICI VIII. munere Angl. indigenæ,
mercatori probo:Qui obiit ann. Christi CIO. IO. XCI. suo
LXXIIX. & ELIZAB. ORTELIAE Q. Ob.

An. Christi CIO. IO. XCIV.

Connubio nuper, nunc tumulo iunctis
IACOBUS COLIUS parentib. pientiss.
H. M. F. C.CHRISTO DVCE ET OSSA RESVRGENT,
COLII & ORTELIAE (iunxit quos tæda iugalis)
Astra simul animas, iungit hoc ossa solum.

CANTABRIGIAE.

IN TEMPLO CATHEDRALI.

NICOLAUS VVOTONVS Roberti VVo-
toni Equitis aurati ex Anna Belknappa fi-
lius, vtriusque Iuris Doctor, Ecclesie huius
primus, itemq; metropolitanæ Ecclesie D. Petri
Eboracensis Decanus: Henrico VIII. Eduardo VI.
Mariæ & Elisabethæ Angliæ Regib. à secretis con-
silijs, ad Carolum V. Cæsarem bis, ad Philippum
Hispaniæ regem semel, ad Franciscum primū Fran-
corum Regem, ad HENRICVM secundum eius
filium ter, ad Mariam Hungariæ Reginam Belga-
rum præsidem semel, ad Guilielmum Cluensem
Ducem bis, legatione functus. Renouatæ pacis in-
ter Anglos, Francos & Scotos, inter Guinas &
Arderam